21

Ps 4 9 In pace in idipsum dormiam et requiescam. In pace spirituali quae
non est impiorum. In idipsum i. simul cum aliis sanctis de quibus iam dixerat Signatum
est super nos lumen etc. et sic est oratio optantis corporis ut dormiat cum sanctis
in pace scilicet aeterna. Dormire enim hic pro mori accipitur et requiescere pro
quiete spiritus. Dormit caro et quiescit spiritus. Impii autem non dormiunt
sed moriuntur et si dormiunt tamen non requiescunt nec in pace dormiunt.
Verum magis proprie de morte et sepultura Christi hic prophetat. Ut quid enim
David suam mortem et sepulturam hic tam signanter exprimeret, nisi quia de dor-
mitione mirabili vult loqui. Est ergo sensus et verba Christi: In pace simul
dormiam i. moriar in pace spiritus simul i. sicut alii moriar et vere sed tamen
in pace. Et requiescam in pace quia corpus meum et caro mea non corrumpentur a
vermibus. Sic Ps. 15 dicit quod pene eisdem verbis non solum sensu [illegible] intendi-
tur [illegible] Psalmus 15: Providebam dominum in conspectu meo semper i. Signatum
est super nos lumen vultus tui domine (i. propter hoc laetatum est cor meum i. dedisti laetitiam
in corde meo) insuper et caro mea requiescet in spe. Sic In pace dormiam et
requiescam. Igitur. Dicit quidem in pace simul cum aliis dormivit. Mortuus
est sicut alius homo vere et requievit. Sic Iacob Gen 49 Quiescens accubuisti
ut leo. Sed singulariter prae omnibus. Quoniam tu domine singulariter in spe
constituisti me. Singularis spes fuit haec, quia caro eius non vidit corrup-
tionem, et in spe requievit caro eius expectans resurrectionem multo aliter quam
alii. Ideo singulariter in spe constitutus est. Et ex hoc [illegible] satis apparet
quod de solo Christo loquatur. Nam licet David cum in spe dormiat, non tamen sin-
gulariter sed similiter cum aliis. Alii omnes dormiunt in spe resurgendi sed hic
Dominus singulariter. Praeterea quod fuit [illegible] David propheta sit dormiturus
in pace sed cum aliis (saltem spiritualiter loquendo) quia non extitissemus facere cum mori
vellet aut dormiturus. Ut quid sibi soli hoc arrogat quasi non et aliis sic dormire
licet. De Christo dicit: Quoniam non necessitate sed voluntate obdormivit, non carne quam
sponte accepit. Dormiam i. sponte. Et si possem [illegible] moriar. Sonat enim
velut loquens quasi potens non dormire et tamen volens facere. Nam si David ut
alius diceret Moriar in futuro prophetando stulta et superflua videtur prophetia. Quia
quod nemo dicit, cum sive velit sive nolit, necesse sit eum mori et dormire. Et fidelis
[illegible] non est in potestate eius. Ideo et sic non [illegible] quod in pace sit dormiturus.
Quare recte dixi quod totus iste optime sit positus in ore domini Iesu. Et Christus dicit
Ut Cum invocarem exaudisti me deus iustitiae meae. Cum tribularer me [illegible] Ps 4 2
In tribulatione dilatasti mihi (i. passione consolatus es me). Miserere mei et
exaudi orationem meam. Filii hominum usquequo graves corde? Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium [illegible] in morte [illegible]
[illegible] Sed ut non ad literam sed spiritu [illegible]
[illegible] Scitote quia
[illegible] Si nisi non [illegible] videre oportet credere [illegible]
[illegible] in nomine patris mei [illegible] de me [illegible]